

busnam tuæ<sup>a)</sup> Excellentiæ respondeam gratiasque referam<sup>b)</sup>, in præsentia<sup>a)</sup> haud satis intelligo. Præterea<sup>a)</sup> non ægre<sup>a)</sup> ferat egregia tua Dominatio de litterulis meis admodum ineptis tantoque viro lectu indignis. Videor enim anser inter olores, ut est in proverbio, obstrepere. Tantam enim et ingenii tui Minervam et oris facunditatem novi, ut nulla mea sit, quæ cum tua tute<sup>c)</sup> conferri possit. At urget amor præceptoris<sup>a)</sup>. Quapropter ignoscas, quæso<sup>a)</sup>. Reliquum fratrem Martinum, præsentium<sup>a)</sup> exhibitorem, tuæ<sup>a)</sup> Excellentiæ<sup>a)</sup> plurimum commendo.

Egregiæ<sup>a)</sup> Excellentiæ<sup>a)</sup> tuæ

Magister *Paulus Staininger*,

Paretinus, obsequentissimus discipulorum.

Egregio ac excellenti viro domino I o a c h i m o V a d i a n o, doctori in Sancto Gallo, patrono præceptorique<sup>a)</sup> suo ævo observando.

a) „e“ für „æ“. — b) „referam“. — c) „tute“.

l) Von Magister *Paulus Staininger* ist nur dieser eine Brief in unserer Sammlung vorhanden. Ueber die Persönlichkeit des Schreibers vermochten wir nichts beizubringen. Der Brief ist wohl nicht allzu lange nach der Rückkehr Vadians von Wien geschrieben worden und dürfte vor die Zeit der Verheiratung zu setzen sein, also in den Sommer 1518 oder 1519.

Ms. 108 n. 4.

43.

? l) an Vadian.

Verdankung für empfangene Briefe, grosses Wohlwollen und von zarter Jugend an empfangene Wohltaten.

(Anfang 1519 ?).

Tabellarius ille tuus, imo noster, superioribus illis diebus tua ad me deferens<sup>a)</sup> munuscula, detulit simul et suavissimas litteras omnique cum eleganti dictionum structura seu combinatione, tum etiam selectissimarum non intempestiva sententiarum gravitate undequaque<sup>b)</sup> veluti gemmis<sup>c)</sup> vel flosculis quibusdam abunde refertas, quæ<sup>d)</sup> ab ipso statim (ut aiunt) limine plus mellis, quam aloes præ se ferebant necnon amicitiarum, qua ab ipsis usque crepundiis (ut inquit) coaluimus, fidem circumspectam miraque erga studiosos omnes charitate splendentem. Quibus quum præ nimia, rerum scholicarum præsertim, occupatione tabellariorumque non insolita negligentia hactenus (ut par erat) respondere non potuerim, nunc, tabellarium nactus opportunum<sup>e)</sup>, litteras ab amicis et nostratibus præsertim plus æquo desideranti, prout ingenii tulerit mediocritas vel intel-

ligentiæ meæ præviderit pusillitas, hisce litterulis respondeo. Et omnium primum benevolentissimi tui erga me animi ago et habeo grates immortales. Atque utinam te digna mihi offeretur occasio non habendæ solum, verum etiam referendæ<sup>f)</sup> gratiæ. Videres profecto me unum omnium beneficiorum a teneris annis in me collatorum fore gratissimum necnon quovis gratissimo gratiorem. Dein tibi fratrique tuo Melchiori de magistratibus noviter quam honorificentissime adeptis inauditaque in liberalibus artibus educatione, ut debeo, congratulor. Cetera tabellarius ille præsens tecum commentabitur et ego, quum mutuo colloquio de rebus nostratibus confabulari dabitur facultas. Vale et discipulum tuum Martinum in ætatis suæ lubrico ne titubare<sup>g)</sup> permittas.

Egregio artium et medicine doctori I o a c h i m o V a d i a n o, poetæ a Cæsare coronato præceptorique suo plurimum et observando et colendo.

a) „deferens“. — b) „unquaque“. — c) „gemis“. — d) Durchgehends „e“ für „æ“. — e) „oportunum“. — f) „referende“. — g) „titubare“.

l) Dass der am Schlusse erwähnte „Schüler Martinus“ auch der Schreiber des Briefchens gewesen, ist allerdings nicht sicher, immerhin aber die nächstliegende Annahme, und die Erwähnung der Freundschaft „von den Windeln“ an macht es doch fast notwendig, in dem Briefschreiber einen St. Galler zu vermuten, obschon wir unter den bekannten st. gallischen Freunden Vadians keinen „Martinus“ nachweisen können. Der Schrift nach scheint der Brief zu der ebenfalls vollständig undatierten und nicht unterschriebenen Nummer 24 der Nachträge zu gehören. Für die Datierung kommt zunächst die Adresse in Betracht; der „medicinæ doctor“ verweist doch mit Bestimmtheit in die Zeit nach dem Rectorat\*); und wenn, wie kaum anders möglich, die Gratulation zu den neu erlangten Ämtern sich für Joachim und Melchior Vadian auf st. gallische Ämter bezieht, nicht auf die in Wien erlangten akademischen Würden, so könnten wir bei Joachim nur an die Ernennung zum Stadtarzt denken (Aug. 1518); Melchior aber ist am 26. December 1518 von Wien in St. Gallen eingetroffen (s. u. Br. n. 45) und reiste im Spätjahre 1519 nach Rom ab (vgl. Brief II n. 171). Er könnte also nur im Jahre 1519 ein st. gallisches Amt erhalten haben — was für eines, ist zur Zeit nicht nachweisbar — und der vorstehende Brief wäre also in jenes Jahr zu setzen und zwar vermutlich in den Anfang.

\*) Vgl. die betr. Anm. zn Brief n. 19, ob. S. 154.

44.

XI 263.

Iodocus (Decius)<sup>1)</sup> an Vadian.

Salzwerk Wieliczka. 1519. Februar 10.

Ausdruck des höchsten Bedauerns und Ärgers, dass ihn Vadian bei seinem Besuche des Salzwerkes nicht angetroffen habe, und Einladung auf nächsten Sonntag.

S. D. Vix calamus iste meam exprimere potest acerbiter<sup>a)</sup>, quin etiam<sup>b)</sup> maledico hoc omen<sup>c)</sup>, quo huc ductus sis. Et Rudolfus<sup>d)</sup> 2) sus-